


No 15.

OFFICIUM  
IMMACULATÆ  
CONCEPTIONIS  
B. MARIE VIRGINIS,  
CVM OCTAVA:



CVM FACVLTA TE SVPERIORVM;  
MATRITI, EX TYPOGRAPHIA REGIA,  
ANNO M.DC.LXIV.

OFFICIUM  
IMMAGINE  
CONCEPTIONIS  
MARIÆ  
CUM OCTAVIA



CUM FACULTATE SUPERIORUM  
CANTINI EX TYPOGRAPHIA REGIA  
ANNO MDCCLXIV.

AD VESPERAS.

Psalmus 112.

Añ. Cōceptio gloriosa Vir-  
ginis Mariae, ex femine Abra-  
hae, ortae de tribu Iuda, clara  
ex stirpe David.

Psalmus 109.

**D**ixit Dominus Domino  
meo: sede à dextris meis.  
Donec ponā inimicos tuos:  
scabellum pedum tuorum.  
Virgam virtutis tuae emittet  
Dominus ex Sion: dominare  
in medio inimicorum tue-  
rum.

Tecum principium in die vir-  
tutis tuae in splendoribus san-  
ctorum: ex vtero ante lucife-  
rum genui te.

Iuravit Dominus, & non pœ-  
nitebit cum: Tu es Sacerdos  
in æternum secundum ordi-  
nem Melchisedech.

Dominus à dextris tuis, con-  
fregit in die irae suae reges.

Iudicabit in nationibus, im-  
plebit ruinas: cōquassabit ca-  
pita in terra multorum.

De torrēte in via bibit: prop-  
ter ea exaltabit caput.

Gloria Patri, & Filio.

Añ. Cōceptio gloriosa  
Virginis Mariae, ex femine  
Abrahae, ortae de tribu Iuda,  
clara ex stirpe David.

Añ. Cōceptio est hodie  
sanctae Mariae virginis, cuius  
vita inclyta cunctas illustrat  
Ecclesias.

**L**Audate pueri Domini:  
laudate nomen Domini.  
Sicut nomen Dñi benedictum,  
ex hoc nūc, & vsque in sæculū.  
A solis ortu, vsq; ad occasum,  
laudabile nomen Domini.

Excelsus super omnes gētes  
Dominus, & super cælos glo-  
ria eius.

Quis sicut Dñus Deus noster,  
qui in altis habitat, & humilia  
respicit in cælo, & in terra?

Suscitans à terra inopē, & de  
stercore erigens pauperem.

Vt collocet cum cū princi-  
pibus, cum principibus popu-  
li sui.

Qui habitare facit sterilem in  
domo, matrem filiorum læ-  
tantem.

Gloria Patri, & Filio.

Añ. Cōceptio est hodie  
sanctae Mariae Virginis, cuius  
vita inclyta cunctas illustrat  
Ecclesias.

Añ. Regali ex progenie Ma-  
ria exorta refulget, cuius pre-  
cibus nos adiunari merite, &  
spiritu deuotissimè potci-  
mus.

Psalmus 121.

**L**ætatus sum in his, quae  
dicta sunt mihi in domū  
Domini bimus.

Sistentes erant pedes nostrī in  
atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem, quae aedificatur vt

4 Officium Inimicitiarum Conceptionis

ciuitas : cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Et fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri, quæ sui bona tibi.

Gloria Patri, & Filio.

Añ. Regali ex progenie Maria exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mente, & spiritu deuotissime poscimus.

Ana. Corde & animo Christo canamus gloriam, in hac sacra solemnitate præcellæ genitricis Dei Mariae.

Psalms 126.

Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam se-

deritis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potētis: ita filij excussorum.

Et cæus vir, qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Gloria Patri, & Filio.

Añ. Corde & animo Christo canamus gloriam, in hac sacra solemnitate præcellæ genitricis Dei Mariae.

Ana. Cum iucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus; vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

Psalms 147.

Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit Filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiatur te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum sicut bu-

buc-

**B. Marie Virginis, cum Odava.**

buccellas: ante faciem frigidis eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: stabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, & Filio.

Añã. Cum iucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus, vt ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

Capitulum. *Eccles. 24 b.*

**A** B initio, & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministraui.

*Hymnus.*

**A** VE maris stella  
Dei mater alma,  
Atque semper virgo,  
Felix cæli porta.

Sumus illud Ave,  
Gabrielis ore,

Funda nos in pace,  
Mutans Hæc nomen.

Solue vincla reis,  
Profer lumen cæcis,

Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
Sumar per te preces,

Sumar per te preces,

Sumar per te preces,

Sumar per te preces,

Sumar per te preces,

Qui pro nobis natus,

Tanti esset aus.

V. irgo singularis,

Inter omnes mitis,

Nos culpis solutos,

Mites fac & castos,

Vitam præsta puram,

Iter para tutum,

Vt videntes Iesum,

Semper collætemur.

Sit laus Deo Patri

Summo Christo decus

Spiritui Sancto

Tribus honor vnus. Amen.

y. Conceptio est hodie sanctæ Mariæ Virginis. & Cuius vita in cunctis illustrat Ecclesias.

Ad Magnificat; Antiphona.

Gloriosæ Virginis Mariæ

Conceptionem dignissimam

recolamus, quæ & genitricis

dignitatem obtinuit; & vir-

ginalem pudicitiam nõ am-

isit. *Oratio.*

**F** Amulis tuis, quæsumus

Domine cælestis gratiæ

munus impertire: vt quibus

beatæ Virginis partus extitit

salutis exordium, Conceptionis eius votiuâ solemnitas,

pacis tribuat incrementum.

Per Dominum nostrum.

Deinde sit commemor. S.

*Ambrosii.*

Añã. O Doctor optime, Ec-

clesiæ sanctæ lumen; beate

Ambrosii, diuinae legis ama-

tor,

Officium Inmaculate Conceptionis

tor, deprecare pro nobis. Filium Dei. V. Iustum deducit Dominus per vias rectas. R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio.

**D**Eus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Ambrosium ministrum tribuisti: presta quæsumus; ut quem doctorem viræ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum. Postea de Feria occurrente. Ad Matutinū, Inuitatoriū.

**C**onceptionem Virginis Mariæ celebremus: \* Christum eius Filium adoramus Dominum. Psalms. Venite exultemus. Hymnus.

**Q**uem terra, pōtis, sidera Colūt, adorāt, prædicāt Trinam regentem machinā Clausrum Mariæ baiulat. Cui Luna, Sol, & omnia Deteruiant per tempora; Perfusa cæli gratia, Gestant puellæ viscera. Beata Mater munere, Cuius supernus Artifex, Mundum pugillo continens, Ventris sub arca clausus est. Beata cæli quatio, Fecunda Spūdo Spiritu, Desideratus gentibus, Cuius per alium fufus est, Iesu, sibi sit gloria.

**Q**ui natus es de Virgine, Cum Patre, & alio Spiritu, In sempiterna secula. Amen. In primo Nocturno. Antiph. Benedicta tu in mulieribus; & benedictus fructus ventris tui. Psalm. 8.

**D**omine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!

Quoniam eleuata est magis scientia tua, super cælos. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ut destruas inimicum & vitorem.

Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò miris ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas; insuper & pecora campi.

Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulante semitas maris.

Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum

num in vniuersa terra!

Gloria Patri, & Filio

Añ. Benedicte tu in mulie-

ribus, & benedictus fructus

ventris tui.

Añ. Sicut myrrha electa

odorem dedisti suauitatis san-

cta Dei genitrix.

Psalmus 13.

Celi enarrant gloriã Dei,

& opera manuum eius

annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, &

nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque

sermones, quorum non au-

diantur voces eorum.

In omnem terram exiit so-

lus eorum: & in fines orbis

terre verba eorum.

In sole posuit tabernaculum

suum: & ipse tamquam spõ-

sus procedens de thalamo

suo

Exultauit vt gigas ad curren-

dam viam, a summo celo

egressio eius.

Et occurfus eius vsque ad

summum eius: nec est qui se

abscondat a calore eius.

Lex Domini immacula con-

seruat animas: testimonium

Domini fidele sapientiã præ-

stans paruulis.

Iustitiæ Domini rectæ, lati-

ficantes corda: præceptum

Domini lucidum illuminans

oculos.

Tintor Domini sanctus, per-  
manens in taculum secum:  
iudicia Domini vera, iustifi-  
cata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum,  
& lapidem pretiosum: & dul-  
ciora super mel, & fauum.

Et tenim seruus tuus custodit  
ea: in custodiendis illis retri-  
butio multa.

Delicta quis intelligit? ab oc-  
cultis meis munda me: & ab  
alienis parce seruo tuo.

Si mei nõ fuerint dominati,  
tunc immaculatus ero: &  
emundabor a delicto maxi-  
mo.

Et erunt vt complacent  
eloquia oris mei: & medita-  
tio cordis mei in conspectu  
tuo semper.

Domine adiutor meus, & re-  
deemptor meus.

Gloria Patri, & Filio.

Añ. Sicut myrrha electa  
odorem dedisti suauitatis san-  
cta Dei genitrix.

Añ. Ante torum huius Vir-  
ginis frequentate nobis dul-  
cia cantica dramatis.

Psalmus 23.

Domini est terra, & ple-  
nitudo eius; orbis terra-  
rum, & vniuersi qui habitât  
in eis.

Quia ipse super Marias funda-  
uit eum: & super flumina præ-  
parauit eum.

Quis

Officium Immaculate Conceptionis

Quis ascendet in montem Do-  
minum: quis stabit in loco  
sancto eius?

Innocens manibus & mudo  
corde: qui non accepit in va-  
no animam suam, nec iuravit  
in dolo proximo suo.

Hic accipiet benedictionem  
à Domino: & misericordiam  
à Deo salutari suo.

Hæc est generatio, quæ ren-  
tium cum: quærentium fa-  
ciem Dei Jacob.

A tollite portas principes ve-  
stras, & eleuamini portæ æter-  
nales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Do-  
minus fortis, & potens: Do-  
minus potens in prælio.

A tollite portas principes ve-  
stras, & eleuamini portæ æter-  
nales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Do-  
mus virtutum præcessit Rex gloriæ.  
Gloria Patri, & Filio.

Ante torum huius Vir-  
ginis, frequentate nobis dul-  
cia cantica dramatis.

Specie tua, & pulchritudi-  
ne tua. Intede, prospere  
procede, & regna. Pater no-  
ster. Absolutio. Exaudi Dõ-  
mine. Inbedone. Benedictio.

Benedictione perpetua.  
De libro Ecclesiastici.

Lectio I. *Maqui Cap. 24.*

Ex ore Altissimi pro-  
diui: primogenita ante

omnem creaturam. Ego feci in  
cælis vt oriretur lumen inde  
fictes, & sicut nebula tæxi om-  
nem terram. Ego in altissimis  
habitaui, & thronus meus in  
coluna nubis. Gyrum cæli cir-  
cuius sola, & profundum abyssi  
penetraui; in fluctibus maris  
ambulauit, & in omni terra ste-  
ti: & in omni populo, & in om-  
ni gente primatum habui: & om-  
nium excellentium & humilium  
corda virtute calcavi: & in his  
omnibus requiem qua siui, &  
in hereditate Domini mora-  
bor. Tunc præcepit, & dixit  
michi Creator omnium: & qui  
creauit me, requieuit in taber-  
naculo meo, & dixit mihi: In  
Jacob inhabita, & in fraetibe  
reditare, & in electis meis mit-  
te radicem tuam. Hodie cõcep-  
ta est beata virgo Maria ex pro-  
genie David: \* Per quã salus  
mudi credentibus apparuit, cu-  
ius vita gloriosa lucē dedit sæ-  
culo. Cõceptionē beatæ  
Mariæ virginis cū gaudio ce-  
lebremus. Per quã. Benedi-  
ctio. Vnigenitus Dei Filius,

Lectio II.

Ab initio & ante sæcula  
creata sum, & vsq; ad futu-  
rum sæculum non desinam, & in  
habitatione sancta coram ipso  
ministraui. Et sic in Sion fir-  
matatum, & in ciuitate sancti  
ficata similiter requieui, & in

Le-



B. Mariæ Virginis, cum Octaua.

Ierusalē potestas mea. Et rādicauī in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano, & quasi cypressus in monte Sion. Quasi Palma exaltata sum in Cades, & quasi plātorosa in Iericho. Quasi oliua speciosa in cāpis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in plateis. Sicut cinna momū, & balsamum aromatizans odorē dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris: & quasi storax, & galbanus, & vnguis, & gutta, & quasi libanus nō incisus vaporauī habitationē meā, & quasi balsamum nō mistū odor meus.

✠. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem deuotissimè celebremus: \* Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominū Iesum Christum. ✠. Cum iucunditate Conceptionē beatæ Mariæ Virginis deuotissimè celebremus. Ut ipsa. Benedictio. Spiritus Sacti gratia.

Lectio iij.

Ego quasi terebinthus excedi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Ego quasi vitis fructificauī suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris, & honestatis. Ego mater pulchræ dilectio-

nis & timoris, & agnitionis & sanctæ ipci. In me gratia omnis vitæ, & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis. Trāsite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implerini: Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel, & fauū. Memoria mea in generationes sæculorū. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, & qui opratur in me nō peccabūt. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.

✠. Gloriosa Virginis Mariæ Conceptionem dignissimam recolamus, \* Cuius Dominus humilitatem respexit, quæ Angelo nuntiante concepit Saluatorem mundi. ✠. Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptionem deuotissimè celebremus. Cuius Dominus. Gloria Patri. Cuius.

In secundo Necturno, Añā. Specie tua, & pulchritudine tua, inter de, prospere procede, & regna.

Psalmus 44.

E Ructauit cor meum verum bonum: dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis. Speciosus forma præ filiis ho-

B mi-

10 Officium Immaculate Conceptionis

minum, diffusa est gratia in  
labijs tuis: propterea benedi-  
xit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super  
femur tuum: potentissime.

Specie tua, & pulchritudine  
tua; intende, prospere proce-  
de, & regna.

Propter veritatem, & man-  
suetudinem, & iustitiam: &  
deducet te mirabiliter dexte-  
ra tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi  
sub te cadent: in corda inimi-  
corum Regis.

Sedes tua Deus in sæculum  
sæculi: virga directionis vir-  
ga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti  
iniquitatem: propterea vixit  
te Deus Deus tuus oleo lati-  
tiæ præ confortibus tuis.

Mirrha, & gutta, & casia à  
vestimentis tuis, à domibus  
eburneis: ex quibus delectau-  
erunt te filiæ regum in honore  
tuo.

Assitit regina à dextris tuis  
in vestitu deaurato: circum-  
data varietate.

Audi filia, & vide, & inclina  
aurem tuam: & obliuiscere  
populum tuum, & domum  
Patris tui.

Et concupiscet Rex decorẽ  
tuum: quoniam ipse est Do-  
minus Deus tuus, & adora-  
bunt te.

Et filiæ Tyri in manibus:  
vultum tuum deprecabuntur  
omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filiæ Re-  
gis ab intus in fimbrijs aureis  
circumamicta varietatibus.

Adducentur Regi virgines  
post eam: proximæ eius affe-  
rentur tibi.

Afferentur in lætitia, & exul-  
tatione: adducentur in tem-  
plum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt  
tibi filij: constitues eos prin-  
cipes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui:  
in omni generatione, & ge-  
nerationem.

Propter populi confitebun-  
tur tibi in æternum; & in sæ-  
culum sæculi.

Gloria Patri, & Filio.

Antiphona Specie tua, & pulchritu-  
dine tua intende, prospere pro-  
cede, & regna.

Antiphona Aduuabit eam Deus  
vultu suo: Deus in medio  
eius, non commouebitur.

Psalmus 45.

**D**eus noster refugium, &  
virtus: adiutor in tribu-  
lationibus, quæ inuenerunt  
nos nimis.

Propterea non timebimus  
dum turbabitur terra: &  
transferentur montes in cor-  
maris.

Conuerunt, & turbatæ sunt  
aquæ

aque eorum: cōturbati sunt montes in fortitudine eius.

**F**luminis imperus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimi.

**D**eus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

**C**onturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

**D**ominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.

**V**enite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terræ.

**A**rcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

**V**acate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra.

**D**ominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Jacob.

**G**loria Patri, & Filio.

**A**n̄a. Adiuuabit eam Deus vultu suo: Deus in medio eius, non commouebitur.

**A**n̄a. Sicut latantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei genitrix. Psal. 86.

**F**undamenta eius in montibus sanctis: diligit Do-

minus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

**G**loriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.

**M**emor ero Rahab, & Babilonis: scientium me.

**E**cce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic.

**N**umquid Sion dicit: Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?

**D**ominus narrabit in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.

**S**icut latantium omnium: habitatio est in te.

**G**loria Patri, & Filio.

**A**n̄a. Sicut latantium omnium nostrum habitatio est in te, sancta Dei genitrix.

**ψ**. Adiuuabit eam Deus vultu suo. 12. Deus in medio eius non commouebitur.

**P**ater noster. Absolutio. **I**pius pietas **ψ**. **I**ube dōne. **B**enedictio. Deus Pater omnipotens.

**E**x libro sancti Ambrosij Episcopi de Virginibus.

**L**ib 2 sub initium. **L**ectio 4.

**S**it vobis tamquam in imagine descripta virginitas: vitæque beatæ Mariæ: de qua velut in speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exem-

pla viuendi, vbi tamq̄ iam in  
 exemplari magisteria expres-  
 sa prouitatis, quid corrigere,  
 quid effugere, quid tenere de  
 beatis, ostendunt. Primus dis-  
 cendi ardor, nobilitas est ma-  
 gistri. Quid nobilius Dei ma-  
 tre? Quid splendidius ea, quā  
 splendor elegit? Quid castius  
 ea, quæ corpus sine corporis  
 contagione generauit?

¶ **C**onceptio gloriose Vir-  
 ginis Mariæ ex limine Abra-  
 hæ, orta de tribu Iuda, clara  
 ex stirpe Dauid, \* Cuius vita  
 inclyta cunctis illustrat Eccle-  
 sias, y. Hæc concepta est  
 beatâ virgo Maria ex proge-  
 nie Dauid. Cuius. Benedi-  
 ctio. Christus perpetua.

Lectio v.

**N** Am de ceteris eius vir-  
 tutibus quid loquar?  
 Virgo erat non solum corpo-  
 re, sed etiam mente, quæ nul-  
 lo doli ambitu sincerâ adul-  
 teraret affectura. Corde hu-  
 milis, verbis grauis, animo  
 prudens: loquendi parcior, le-  
 gendi studiosior, non in incer-  
 ro diuitiarum, sed in prece pau-  
 peris spem reponens: intenta  
 operi, verecunda sermone, ar-  
 bitrum mentis solita non ho-  
 minem, sed Deum querere:  
 nullâ lædere, bene velle om-  
 nibus, assurgere maioribus  
 paru, æqualibus non inuidere,

fugere iactantiam, rationem  
 sequi, amare virtutem.

¶ **C**um iacunditate Cōcep-  
 tionem beatæ Mariæ celebre  
 mus: \* Vt ipsa pro nobis in-  
 tercedat ad Dominum Iesum  
 Christum. y. Corde, & ani-  
 mo Christo canamus gloriā  
 in hac sacra solemnitate præ-  
 cellæ genitricis Dei Mariæ.  
 Vt ipsa. Benedictio. Ignem  
 sui amoris. **Lectio vi.**

**Q** Vando ista vel vultu læ-  
 sit parentes? quādo dis-  
 sentit à propinquis? quādo  
 fastidiuit humilem? quādo  
 derisit debilem? quādo vita-  
 uit inopem? Eos solos solita  
 coetus viroium inuiscere, quos  
 misericordia non erubesceret,  
 neque præteriret verecundia.  
 Nihil torum in oculis, nihil  
 in verbis prociac, nihil in actu  
 inuerecundum. Non gestus  
 fractior, non incessus solutior,  
 non vox petulantior: vt ipsa  
 corporis species simulacrum  
 fuerit mentis, figura probi-  
 tatis.

¶ **C**onceptio tua, Dei geni-  
 trix virgo, gaudiū annūtiauit  
 vniuerso mundo: \* Ex te  
 enim ortus est Sol iustitiæ,  
 Christus Deus noster: \* Qui  
 soluens maledictionē, dedit  
 benedictionem: & confundēs  
 mortem, donauit nobis vitā  
 sempiternā, \* **Benedicta tu**  
 in

in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim Gloria Patri. Qui solvens.

In tercio Nocturno, Añã.  
Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti, in vniuerso mundo.

Psalmus 95.

**C**antate Domino cum nouū: cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

Annuntiate inter Gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dii Gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Confessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferre Domino patriæ Gētium, afferre Domino gloriam, & honorem: afferre Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorare Dominum in atrio sancto eius.

Com moueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in Gen-

tribus, quia Dominus regnauit.

Et tenuit correxerit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Latentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt cæpi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna siluatum à facie Domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & popules in veritate sua. Gloria Patri, & Filio.

Añã. Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo.

Añã. Dignare me laudare te, virgo sacrata: da mihi virtutem contra hostes tuos.

Psalmus 96.

**D**ominus regnauit, exultet terra: latentur insule multe.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.

**A**nnuntiauerunt cæli iustitiã eius: & uiderunt omnes populi gloriam eius.

**C**onfundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.

**A**dorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.

**E**t exultauerunt filie Iudæ: propter iudicia tua Domine.

**Q**uoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes Deos.

**Q**ui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

**L**ux orta est iusto, & rectis corde lætitia.

**L**ætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

**G**loria Patri, & Filio.

**A**ñã. Dignare me laudare te, Virgo sacrata: da mihi uirtutem contra hostes tuos.

**A**ñã. Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto.

Psalmus 97.

**C**antate Domino cum nouum: quia mirabilia fecit.

**S**aluabit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius.

**N**otum fecit Dominus salutare suum: in conspectu Gëntium reuelauit iustitiam suã, & recordatus est misericordiam suã: & ueritatis suæ domui Israël.

**V**iderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.

**I**ubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.

**P**salrite Domino in cithara, in cithara, & uoce Psalmitæ: in tubis ductilibus, & uoce tubæ cornæ.

**I**ubilate in conspectu Regis Domini: moueatur mare, & plenitudo eius; orbis terrarum, & qui habitant in eo.

**F**lumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: quoniam uenit indicare terram.

**I**udicabit orbem terrarum in iustitia; & populos in æquitate.

**G**loria Patri, & Filio.

**A**ñã. Angelus Domini nuntiavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto.

**¶** Elegit eam Deus, & præelegit eam. **B.** In tabernaculo suo habitare facit eã. **P**ater noster.

**A**bsolutio. **A** vinculis. **¶** In uerbo domine. **Benedictio.** **E**uangelica **Lectio.**

Lectio sancti Euangelij secundum Mattheum.

Lectio vii. Cap. i. 16

**L**iber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi.

Lib. 2. de Consensu Euangelist. Cap. 1.

**M**attheus Euangelista sic morsus est: Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Quo exordio suo satis ostendit, generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est: quod etiam se ipse sapientissime appellat, commendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna, & æterna generatio secundum quam Filius Dei unigenitus est ante omnem creaturam, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, ut de illa dictum à Propheta intelligatur: Generationem eius quis enarrabit?

Beatam me dicent omnes generationes: \* Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est, & sanctum nomen eius. y. Et misericordia eius

à progenie in progenies timoribus enim. Quia fecit. Benedictio Cuius festum colimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viii.

**E**xequitur ergo humana generationem Christi Mattheus, ab Abraham generatores commemorans, quos perducit ad Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus. Neque enim fas erat, ut ob hoc eum à coniugio Mariæ separandum putaret, quod non ex eius concubitu, sed virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere, vocarique coniugium, non permixto corporis textu, sed custodito mentis affectu: præsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine villo complexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est.

Felix namque es sacra virgo Maria, & omni laude dignissima. \* Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, \* Christus Deus noster. y. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiāt omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam Concep-

tio.

nionem. *Quia ex te. Gloria  
Patri. Christus. Benedictio.  
Ad societatem.*

LECTIO IX.

Cap. 2.

**C**um autem euidenter dicat Apostolus Paulus, ex semine David secundum carnem Christum, ipsam quoque Mariam de stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare utique non debemus. Cuius femine quoniam, nec Sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, quod cognata eius esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aarō: firmissimè tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & regnum, scilicet, & Sacerdotum, in quibus personam apud illum populum Hebræorum etiam mystica unctio figurabatur, id est, christina, unde Christi nomen elucet, tantò ante etiā ista euidentissima significatio ne prænuntiatum.

Te Deum laudamus.

AD LAUDES,

& per horas, Antiphona.

**C**onceptio gloriosæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahamæ, ortæ de tribu Iuda, clara ex stirpe David.  
Psalmus. Dominus regnauit cum reliquis de Laudibus.

Antiphona. Conceptio est hodie san-

ctæ Mariæ Virginis, cuius vita inclyta eunctas illustrat Ecclesias.

Antiphona. Regali ex progenie Mariæ exorta refulget, cuius precibus nos adiuuari mente, & spiritu deuotissimè poscimus.

Antiphona. Corde & animo Christo canamus gloriam, in hac sacra solemnitate, præcellente genitricis Dei Mariæ.

Antiphona. Cum iucunditate Conceptionem beatæ Mariæ celebremus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

Capitulum. *Ecclesiasticus 24. b*

**A** B initio, & ante sæcula creata sum, & vsque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.

**O** Gloriosa Virginum,  
Sublimis inter sidera;  
Qui te creauit, paruulum  
Lactente nutris ubere.  
Quod Heuua tristis abstulit:  
Tu reddis almo germine:  
Intres ut astra flebiles,  
Cæli recludis cardines.  
Tu Regis alti ianua,  
Et aula lucis fulgida:  
Vitam datam per Virginem  
Gentes redemptæ plaudite.  
Iesu, tibi sit gloria,  
Qui natus es de Virgine,  
Cum Patre, & almo Spiritu,

In



In sempiterna saecula. Amē.

✠ Conceptio est hodie sanctae Mariae Virginis. *R. Quis vita inclinata conctas illustrat Ecclesias.*

Ad Benedictus, An̄.

Conceptionem hodie nam perpetuae Virginis genitricis, Dei Mariae solemniter celebremus, qua celstudo throni processit, Al-leluia. Oratio.

¶ *F*amilis tuis, quas sumus Dominae, caelestis gratiamunus impertire: vt quibus beatae Virginis partus extitit salutis exordium, Conceptionis eius vorua solemnitas, pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum.

Deinde fit conem. *Beata.*

Ad Primam in *R. breuidictur* ✠ Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona *C*onceptio est hodie. Capitulum. Ab initio. vt supra.

*R. breus* Specie tua. ✠ Et pulchritudine tua. Specie tua. ✠ Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine.

Gloria Patri. Specie tua. ✠ Adiuuabit eam Deus vultu suo. *R. Deus in medio eius, non commouebitur.*

Ad Sextam, An̄a Regali exprogenie.

Capitulum. *Ecc. 24. b.*

¶ *E*t sic in sio firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea: & radicaui in populo honorificatio, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum desentio mea. *R. breue* Adiuuabit eam. Deus vultu suo. Adiuuabit. ✠ Deus in medio eius non commouebitur. Deus vultu. Gloria. Adiuuabit eam. ✠ Elegit eam Deus, & praelegit eam. *R. In tabernaculo suo habitare facit eam.*

Ad Nonam, An̄a. Cum iucunditate.

Capitulum. *Ecc. 24. b.*

¶ *I*n plateis, sicut cinnamomum & balsamum aromati-zans odore dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris.

*R. breue* Elegit ea Deus. ✠ Et praelegit ea. Elegit. ✠ In tabernaculo suo habitare facit ea. Et praelegit. Gloria Patri. Elegit. ✠ Diffusa est gratia in labijs tuis. *R. Prop-terea benedixit te Deus in aeternum.*

In secundis Vesperis omnia vt in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiphona. Conceptio tua, Dei genitrix

C vir.

virgo, gaudium annuntiavit  
vniuerso mundo: ex te enim  
ortus est Sol iustitiae, Chri-  
stus Deus noster: qui soluens  
maledictionem, dedit bene-  
dictionem: & conuincens  
mortem, donauit nobis vitam  
sempiternam.

Deinde fit commemoratio Sanctae  
Leocadiae.

Antiphona. Veni sponsa Christi, ac-  
cipe coronam, quam tibi Do-  
minus preparauit in aeternu-  
m. Specie tua, & pulchritu-  
dine tua. & Intende, prosper-  
e procede, & regna. Oratio.

**B**eata Leocadia virginis,  
& martyris tuae, quaesumus  
Domine, precibus, &  
meritis adiuuemur: vt qua  
pro tui nominis confessione  
carceres, & mortem pertulit,  
suo nos patrocinio ab aeter-  
no carcere defendat. Per Do-  
minum.

Postea de Feria occurrente:  
**DIE IX. DECEMBRIS.**

Fit de S. Leocadia virgine  
& martyre, Duplex, cum co-  
mmemoratione octauae. Con-  
ceptionis, & Feriae, in Iulianis  
bas; & in secundis vespertinis  
cum commemoratione octa-  
uae, & Feriae, & sancti Mel-  
chiodis Papae, & Martyris.

**DIE X. DECEMBRIS.**

Tertia die infra octauam Co-  
ceptionis Beatae Mariae.

In primo Nocturno leguntur  
lectiones de Scriptura occur-  
rente.

In secundo Nocturno.

De Sermone sancti Augusti-  
ni Episcopi.

Serm. 18. de Sanctis, in medio.

**E**xultat Maria, & matrem  
se laeta miratur, & de Spi-  
ritu Sancto se peperisse gau-  
det: nec quia peperit inuap-  
ta, terretur: sed quia genuerit,  
cum exultatione miratur.  
O femina super feminas be-  
nedicta, quae virum omnino  
non nouit, & virum suo vte-  
ro circumdedit! Circumdat  
virum, Maria Angelo fidem  
dando, quia Hera perdidit vi-  
rum serpenti, contentendo.  
O felix obedientia, o insignis  
gratia! quae dum fidem humi-  
liter dedit, caeli in se opifice  
corporauit. Hinc promeruit  
gloriam, quam ipsa postmo-  
dum hausit. Ecce, ait, ex hoc  
beatam me dicent omnes ge-  
nerationes.

Conceptio gloriosa:

Conceptio gloriosa:

**Q**uod Beata Maria, quis tibi  
digne valeat iura gratiarum,  
ac laudum praerogata re-  
pendere, quae singulari tuo  
assensu, mundo succurrissi per-  
dito? Quas tibi laudes fragi-  
litas humani generis perfol-  
uat, quae solo tuo commer-  
cio

2. **Q**uod recuperandi aditum inuenit: Accipe itaque quae cumque exiles, quae cumque meritis tuis impares gratiarum actiones: & cum susceperis vota, culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra factarium exauditio nis, & reporta nobis antidotum reconciliationis.

✠ Cum iucunditate.

Lectio vi.

**S**it per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mente poscimus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus: quia tu es spes unica peccatorum. Per te speramus veniam delictorum, & in te beatissima nostrorum est expectatio premiorum. Sancta Maria, succurre miseris, iuuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem.

✠ Conceptionis tuae.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelii secundum Matthaeum.

Lectio vii. Cap. i.

**L**iber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij

Abraham: Abraham genuit Isaac: Isaac genuit Iacob: Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. i. Comment. in Matth. in initio.

**I**N Isaiam legimus: Generationem eius quis enarrabit: Non ergo putemus Euangelistam Propheta esse contrarium, ut quod fide impossibile dixi affatu, hic narrare incipiat: quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem coepit, ut per hominem Deum discere incipiamus. Filij Dauid, filij Abraham. Ordo praeposterus, sed necessario commutatus. Si enim primum posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series teleretur.

✠ Beatam me dicent.

Lectio viij.

**I**Deo autem ceteris praetermissis, horum filium nunc cupauit, quia ad hos tantum est facta de Christo promissio Ad Abraham. In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Ad Dauid: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Iudas autem genuit Phares,

& Zaram de Thamar. No-  
 taudum, in genealogia Sal-  
 uatoris nullam tantarum  
 assumi mulierum, sed eas  
 quas Scriptura reprehen-  
 dit: vt qui propter pecca-  
 tores venerat, de peccato-  
 ribus nascens, omnium pec-  
 cata deleter. Vnde & in con-  
 sequentibus Ruth Moabiticis  
 ponitur, & Bathabee  
 vxor Vria.

Felix na. mique es.  
*Libro 1. Comment. in Matth.*

Lectio ix.

Iacob autem genuit Io-  
 seph. Hunc locum obie-  
 cit nobis Iulianus Augustus  
 dissonantia Euangelistarum,  
 cur Euangelista Matthaeus  
 Ioseph dixerit filium Iacob,  
 & Lucas eum filium appel-  
 lant filii: non intelligens  
 consuetudinem scripturarum,  
 quod alter secundum natu-  
 ram, alter secundum legem  
 ei pater sit. Scimus enim hoc  
 per Moysen, Deo iubente,  
 preceptum, vt si frater, aut pro-  
 pinquus absque liberis mor-  
 tuus fuerit, alius accipiat vxo-  
 rem ad suscitandum semen  
 fratris, vel propinqui sui. Io-  
 seph virum Mariæ. Cū virū  
 audieris, suspicio tibi non su-  
 beat nuptiarum, sed recorde-  
 dare consuetudinis scriptu-  
 rarum, quod sponsi viri, &

In fine vponitur vxor Iacob  
 Deum Laudamus.

In Laudibus fit comme-  
 moratio Ferie, & S. Melchia-  
 dis Papæ & martyris.

In secundis vespereis à Cap-  
 fit de S. Damaso Papa, &  
 Confessore, cum commemo-  
 ratione Octauæ Conceptionis,  
 & Ferie.

**DIE XI. DECEMBRIS.**

Fit de S. Damaso Papa &  
 Confessore. Semiduplex, cū  
 commemoratione Octauæ  
 Conceptionis, & Ferie, in  
 Laudibus.

In secundis Vespereis à Ca-  
 pitulo fit de Octaua Concep-  
 tionis beatæ Mariæ cū com-  
 mem. S. Damasi, & Ferie.

**DIE XII. DECEMBRIS**

Quinta die infra Octauam  
 Conceptionis B. Mariæ.

In primo Nocturno legun-  
 tur Lectiones de Scriptura  
 occurrente.

In secundo Nocturno:  
 Sermo S. Bernardi Abbatis.  
*Serm. in c. 12. Apoc. ante med.*

**N**ouum fecit Dominus  
 super terram, vt mulier  
 circumdaret virum. nec  
 alium quam Christum, de  
 quo dicitur: Ecce vir, Oriens  
 nomen eius. Nouum quo-  
 que fecit in celo, vt mu-  
 lier sole appareret amicta.  
 Denique, & coronauit eum,

ſuiciffimam ab eorum meritis coronari. Egreſſimini filia ſiſo, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Marer ſua. Verum hoc alias. Interim ſane ingredimini magis, & videte Reginam in diademate, quo coronauit eam Filius ſuus. In capite, inquit, eius corona ſtellarum duodecim.

Re. Conceptio glorioſa.

Lectio v.

**D**ignum planè vellus coronari caput, quod & ipſis longè clarius micans, ornet eas potius, quam ornentur ab eis. Quidni coronent ſidera, quam Sol veſtit? Sicut dies verni circumdabāt eam flores roſarum, & lyſia conuallium. Nimirum laua ſponſi ſub capite eius; & iam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æſtinet gemmas? quis ſtellas nominet, quibus Mariæ reginæ diadema compaſtum eſt?

Re. Cum iucunditate.

Lectio vi.

**Q**uid ergo ſidereum micat in generatione Mariæ? Plane quod ex regibus orta, quod ex ſemine Abraham, quod generoſa ex ſurpe David. Si id parum videtur:

7-116

adde quod generationi illi ob ſingulare priuilegiū ſanctitatis diuinitus neſcitur eſſe conceſſa: quod longè ante eiſdem patribus cæliſtus re-promiſſa, quod myſticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænuntiata propheticis. Hanc enim Sacerdotalis virga, dum ſine radice floruit: hanc Gedeonis vellus, dum in medio ficcæ areæ maduit: hanc in Ezechielis viſione Orientalis porta, quæ nulli vniquam patuit, præſignabat.

Re. Conceptio tua.

In tertio Nocturno.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. i.

**L**iber generationis Ieſu Chriſti, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

De Homilia S. Hilarij Episcopi.

Comment. in Matth. Can. i.

**N**ON reſert, quis in originis numero, atque ordine collocetur, dummodo vniuerſorum familia coepta eſſe intelligatur ab vno. Itaque cum eiſdem tribus ſint Ioseph & Maria, dum profectus eſſe ex Abraham genere Ioseph offenditur, profecta quoque doce-

doce-

docetur & Maria. Hæc enim in lege ratio scripta est, ut si mortuus sine filiis familiae princeps esset, de defecti uxorem posterior frater eiusdem cognationis accipere, susceptoque filios in familiam eius qui mortuus esset, referret: maneretque ita in primo generis successione ordo, cum patres eorum, qui post se nati essent, aut nomine haberentur, aut genere.

& Beatam meditentur.

Lectio viii.

**S**equens illud est, ut quia diximus secundum rerum fidem generationis istius ordinem, nec numero sibi, nec successione constare, huius quoque rei ratio afferatur. Non enim levis causa est, ut aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis: & aliud referatur in summo, aliud verò teneatur in numero. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratae sunt: & à David usque ad transmigrationem Babilonis in quibusdam libris decem & septemprehenduntur. Sed in hoc non mendacii, aut negligentiae vitium est. Tres enim ratione præteritæ sunt. Nam Ioras genuit Ochoziam, Ochozias verò genuit Ioam, Ioas

deinde Amaziam, Amazias autem Oziam & in Mathæo Ioras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili femina Ioras Ochoziam genuit, ex Achab, scilicet, qui Jezabel habuit uxorem.

& Felix namque.

Lectio ix.

**D**enique per Prophetam non nisi quarta generatione in throno regni Israelis quemquam de domo Achab esse sessurum dicitur. Purgata igitur labe familiae gentilibus tribus, quæ præteritis iam regulis, in quarto generationum consequentium ordine numeratur, & usque ad Mariam generationes quatuordecim esse scribuntur, cum in numero decem & septem reperiantur, nullus error esse poterit scientibus, non eam solum esse Domino nostro Iesu Christo originem, quæ exipit ex Maria: sed in procreatione corporea, natiuitatis æternæ significantiam comprehendit.

Te Deum Laudamus.

Vesperæ dicuntur de sancta Lucia Virgine, & Martyre, cuius commemoratio Octavæ Conceptionis B. Mariæ, & Feriæ.

**DIE XIII DECEMBRIS**

Fit de S. Lucia Virgine, & mar-

martyre. Duplex. Cum com-  
memor. Octauæ Conceptionis  
B. Mariæ, & Feriæ in Lau-  
dibus, & Veiperis.

**DIE XIV DECEMBRIS.**

Septima die infra Octauam  
Conceptionis B. Mariæ.

In primo Nocturno, lectiones  
de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.  
Sermo S. Ioan. Chrysostomi.

*Apud Metaphrast.* Lectio iij.

**D**Ei Filius non diuitem,  
aut locupletem aliquã  
feminam sibi matrem elegit,  
sed beatam Virginem illam,  
cuius anima virtutibus orna-  
ta erat. Cum enim beata Ma-  
ria supra omnem humanam  
naturam castitatem seruaret,  
propterea Christum Domi-  
num in utero concepit. Ad  
hanc igitur sanctissimam Vir-  
ginem, & Dei matrem, accur-  
rentes, eius patrocinijs utili-  
tatem assequamur. Itaque  
quæcumque estis Virgines,  
ad matrem Domini confugite.  
Illa enim pulcherrimam,  
pretiosissimam, & incorrup-  
tibilem possessionem patro-  
cinio suo vobis conseruabit.

Re. **Conceptio gloriosa.**

Lectio v.

**M**agnum reuera miracu-  
lum, fratres dilectissi-  
mi, fuit beata semper Virgo  
Maria. Quid namque illa, ma-

ius, aut illustrius vllō vnquã  
tempore inuentum est, seu  
aliquando inueniri poterit?  
Hæc sola cælum, ac terram  
amplitudine superauit. Quid-  
nam illa sanctius? Non Pro-  
pheta, Non Apostoli, non  
Martyres, non Patriarchæ,  
non Angeli, non Throni, non  
Dominaciones, non Sera-  
phim, non Cherubim, non  
denique aliud quidpiam in-  
ter creatas res viuibiles, aut  
inuisibiles maius, aut excel-  
lentius inueniri potest. Eadẽ  
ancilla Dei est, & Mater: eadẽ  
virgo, & genitrix.

Re. **Cum iucunditate.**

Lectio vj.

**H**ÆC eius Mater est, qui a  
Patre ante omne princẽ-  
pium genitus fuit, quem An-  
geli, & homines agnoscunt  
Dominum rerum omnium.  
Vis ne cognoscere quanto  
Virgo hæc præstantior sit cæ-  
lestibus potentijs? Illi cum  
timore, & tremore assistunt,  
faciem velantes suam, hæc  
humanum genus illi offert,  
quem genuit. Per hæc & pec-  
catorum veniam consequi-  
mur. Ave igitur mater, cælũ,  
puëlla, virgo, thronus, Eccle-  
siæ nostræ decus, gloria, & fir-  
mamentum, assidue pro no-  
bis precate. Iesum Filium  
tuum, & Dominum nostrum.

ut per te misericordiam invenire in die iudicij, & que reposita sunt ijs qui diligunt Deum, bona consequi possint, gratia & benignitate Domini nostri Iesu Christi: cum quo Patri simul & Sancto Spiritui gloria, honor, & imperium, nunc & semper in sæcula sæculorum. Amen.

✠ Conceptio tua.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 1.

**I**ber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

Homilia S. Iohannis Chrysostomi.

Homil. 2. in Matth. post initium.

**A**uditu quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus & qui nec sermonibus explicari potest, nec cogitationibus comprehendere, Patrique per omnia cœqualis, per Virginis ad nos venit uterum, & fieri ex muliere dignatus est, & habere progentores David, & Abraham: & quid dico, David & Abraham? etiam illas, quod magis stupendum est, feminas, quas paulo ante memoravi. Hæc igitur audiens mente confurge,

nihilque humile suspiceris, sed potius propter hoc ipsum maxime mirare, quia cum verus & dilectus Filius sit sempiterni Dei, etiam filius David esse dignatus est, modo ut te filium faceret Dei, feruum patrem habere dignatus est, ut tibi seruo patrem faceret ipsum Deum.

✠ Beatam me dicent.

Lectio viii.

**V**ides ab ipso statim principio, quæ lata sunt hæc nuntia. Quod si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorem, ab ijs quæ illius sunt, etiam tua disce credere. Quæ enim consequi potest humana ratio, multo est difficilior Deum hominem fieri, quam hominem Dei Filium consecrari. Cum ergo audieris, quia Filius Dei, filius sit & David & Abraham: dubitare iam desine, quod & tu, qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ita humiliasset, nisi nos esset exaltaturus. Natus est enim secundum carnem, ut tu nascerere spiritu: natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris.

✠ Felix namque.

Lectio ix.

**P**ropterea duplex facta generatio est, hæc, scilicet,



nostrae similis, illa nostram  
 eminenter excedens. Quod  
 enim natus ex femina est, &  
 nobis competit: quod vero  
 non ex voluntate carnis, &  
 viri, sed ex Spiritu Sancto,  
 aliam nobis sublimiorem,  
 futuramque, & spiritu con-  
 sequendam generationem  
 promittit. Sed alia quoque  
 omnia ex simili diuersitate  
 constabant. Nam & baptis-  
 ma profecto tale suscepit,  
 quod haberet quidam aliquid  
 veteris, haberet & noui:  
 quod enim baptizatus est a  
 Propheta, expressit verus:  
 quod autem descendit Spiritus,  
 adumbravit nouum. **Te**  
**Deum.**

Vesperae diei Octauae Co-  
 ceptionis beatae Mariae. Om-  
 nia, vt in primis Vesp. Festi.  
 Cum commor. Fer. & S. Eu-  
 sebij Episcopi, & Martyris.  
**DIEXV. DECEMBRIS.**  
 Octaua Conceptionis beatae  
 Mariae. Duplex.

Lectioes primi Nocturni,  
 leguntur de Scriptura  
 occurrente.

In secundo Nocturno.  
 De Expositione S. Gregorij  
 Papae in libros Regum.

In 1. Regum 1. Lectio iij.

Vir vir vnus de Rama-  
 thaim Sophim, de mon-  
 te Ephraim, Porcē montis

nomine beatissima semper  
 Virgo Maria, Dei genitrix,  
 designari. Mons quippe fuit,  
 quae omnem electae creatu-  
 ra altitudinem, electionis suae  
 dignitate transcendit. An  
 non mons sublimis Maria,  
 quae vt Conceptionem ateri-  
 ni Verbi pertinge et, me-  
 ritorum vertice in supra om-  
 nes Angelorum choros, vt  
 que ad solium Deitatis ere-  
 xit? Huius enim montis praec-  
 cellentissimam dignitatem  
 Isaias vaticinans ait: Erit in  
 nouissimis diebus prepara-  
 tus mons domus Domini in  
 vertice montium Mons quip-  
 pe, in vertice montium fuit,  
 quia altitudo Mariae supra  
 omnes sanctos refulsit.

Conceptione gloriosae.  
 Ex Epistola S. Leonis Papae  
 ad Pulcheriam Augustam.

Episto. 13. antemed. Lectio v.

Sacramentum reconcilia-  
 tionis nostrae ante tempo-  
 ra aeterna dispositum, nul-  
 lae implebant figurae: quia  
 nondum superuenerat Spi-  
 ritus Sanctus in Virginem,  
 nec virtus Altissimi obum-  
 brauerat ei, vt & intra in-  
 temerata viscera, a discan-  
 te sibi Sapientia donu, Ver-  
 bu caro fieret; & forma Dei,  
 ac forma serui in vnam con-  
 ueni ante personam, Creator

temporum misceretur in corpore, & per quem facti sunt omnia, ipse inter omnia gigneretur. Nisi enim nouus homo, factus in similitudinem carnis peccati, nostram susciperet vetustatem, & consubstantialis Patri, consubstantialis eide dignaretur & Matri, naturamque sibi, nostram solus a peccato liber uideret, sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas.

32. Cum in scunditate.

De expositione S. Basilij Episcopi in Isaiam Prophetam.

*In cap. 8. post matrem.*

Lectio vi.

**A**ccessi, inquit, ad Prophetissam, in utero accepit, & peperit Filiū. Quod Maria Prophetissa fuerit, ad quam proximè accessit Isaias per prænotionem spiritus, ne mo contradixerit, qui sit memor verborum Mariæ, quæ Prophetico afflata spiritu elocuta est, quid enim ait? Magnificat anima mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo: quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quod si animus accommodaueris vniuersis eius verbis, non vtrique cõ-

sentiose negaueris: tam fuisse Prophetissam quod Dominus spiritus: tam superuenire, & virtus Altissimi obumbraverit ei.

33. Conceptio tua.

In tercio Nocturno.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 1.*

**L**iber generationis Iesu Christi filij David: filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

De Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

**D**uo sunt, quæ pariunt questionem. Vnū, quæ causa sit, vt in generationum cathalogo virgo sitetur alterum verò, quæ ratione Ioseph memoretur, & cui certè nihil cum Christi generatione est commune. Videtur enim & vnum abundare, & alterum deesse. Quid ergo dicemus? Quod vtrique primum illud necesse fuerat memorari, quemadmodum ex David Virgo descēderit. Vnde hoc itaque discemus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum: Vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, ex domo & familia David. Quid vis audire manifestans, eum ex domo & familia-

illa David illam Virginem  
esse cognouit?

Be. Beatam medicent.

Lectio viii.

**N**on erat mos apud He-  
bræos generationum ca-  
thalogum per feminas texe-  
re. Vt ergo & morem custo-  
dierit, ne in ipso statim princi-  
pio videretur antiqua destrue-  
re; & nobis Virginem cer-  
tius indicaret; parètes eius re-  
ticens, atque maiores, de Io-  
seph generatione non tacuit:  
sive enim hæc fecisset in Vir-  
gine, nouitatis non effugisset  
inuidiam: siue Ioseph reti-  
cuisset, non agnossemus ex  
qua tribu Virgo subsisteret.  
Vt ergo, & nos discernere-  
mus, quæ esset Maria, vel vin-  
de, & consuetudo legis per-  
maneret immobilis, genera-  
tionum cathalogum vsque  
ad sponsum eius perduxit, ac  
de domo illum David esse  
monstrauit.

Be. Felix namque.

**H**OC enim declarato; il-  
lud quoque pariter oitè  
dit, quod, scilicet, inde esset  
& virgo, quia utique nequa-  
quam illius sine pareretur  
uxorem sibi alunde, quam  
vnde lex præcipiebat, elige-  
re. Possimus verò aliã quo-  
que, & altiorẽ quidem pro-  
ferre rationem, ob quam pa-  
rentes Virginis, prætermisi  
sunt: sed quæ ea est? Notuit  
Euangelista, recenti adhuc tẽ-  
pore noui illius, admirandi-  
que partus Iudæis esse mani-  
festum, quod Christus natus  
fuiſſet ex Virgine. Neque  
proprius noster, hic sermo  
est, sed à nobis de Patrum, at-  
que insignium virorum tra-  
ditione susceptus. Te Deum  
Laudamus.

In Laudibus, sit com-  
memor Fetiæ, & sancti  
Eusebii Episcopi, & Marty-  
ris, & in Vesperis commemo-  
ratio Fetiæ.

S<sup>M</sup>I D. N. D. ALEXANDRI

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VII.

DECRETVM QVO IVBET SVB PRÆCEPTO  
recitare Officium Immaculatæ CONCEPTIONIS,  
cum Octava.

HISPANIARVM.

**I** Teratis, piisque precibus Serenissimi Hispaniarum RE-  
GIS CATHOLICI PHILIPPI IV. benigne incli-  
natus Sac. Aits. D. N. annuit, yt in omnibus Regnis Hispania-  
rum, & Indiarum eidem Catholicæ Maiestatis imperio sub-  
iectis, tum à Sæcularibus, tum à Regularibus vtriusque se-  
xus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Mis-  
sa IMMACVLATÆ CONCEPTIONIS, cum  
OCTAVA impostertum de præcepto recitetur, cum Les-  
cionibus in Octauario Romano à Congregatione Sacto-  
rum Rituum approbato contentis, & à die octava ad deci-  
mam quintam Decembris ritè dispositis. Idemque Offi-  
cium ad vsum eiusdem Cleri seorsim ab Octauario Roma-  
no imprimi posse concessit. Hac die 2. Iulij 1664.

M. Episc. Sabinensis Card. Ginettus.

Loco 7 sigilli.

Bernardinus Casalius Cac. Ric. Congreg. Secr.

---

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Camera Apostolicæ.  
M. DC. LXIV.

Petrus Fyf. de Rubeis V. S. R. & S. Fidei Promotor.